



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Series Episcoporum Archiepiscoporum Et Electorum
Moguntinorum, Trevirensium Et Coloniensium**

Kolb, Gregor

Rottwilae, 1725

VD18 12054054

Series Episcoporum Trevirensium. Periodus I.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64326](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64326)



SERIES
 EPISCOPORUM
 TREVIREN-
 SIUM.
 PERIODUS I.

SECVLVM PRIMVM.

I. D. EUCHARIUS.

Dixit præclarè Poeta: & documenta damus, qua finis origine
nati. Clarissima sanè est origo, & paria sunt docu-
 menta trium Episcoporum inter Germanos ferè Prin-
 cipum, de quibus accipe Lector sequentia. D. Eu-
 charius ex 72. Discipulorum numero Christi Disci-
 pulus, anno post reparatam Salutem 50. à D. Pontifice Petro
 cum Diacono D. Valerio & Subdiacono D. Materno ad Germa-
 nos missus, venit in Alsatiam, ubi in villa, quam *Et* populares no-
 minârunt, D. Maternus repente succubuit morti, Sepulto socio
 ter-

tertio bini properè Romam repetière. Verùm à D. Petro novis documentis instructi, & ocyùs in Germaniam remissi, dum ad Ellenfem villam redièrè, & præscriptâ verborum formulâ Maternum è sepulchro evocavère, subito dictis obediens surrexit redi-vivus. Inde Mosellam versus iter aggressi, eodem secundo flumine Treviros descenderunt, futuri omnes ibidem Episcopi. Horum primus Eucharius vix metam attigit, mox ab Albana vidua prædivite in domum susceptus, eò magis placuit, quòd eiusdem filium paulò antè è vivis ereptum matri vivum reddiderit. Horum aliorumque multorum ad Christum conversioni post annos circiter 20. Trevirensis Senator accedens, præcipuam urbis maximæ partem exemplo potentissimo traxit: unde magnificum templum erectum, copiosissimum attraxit populum; minimè ut quondam pertinacem & reluctansem: priùs enim cùm ad confertam multitudinem minùs tum grata diceret Eucharius, & jam multis lapidibus peteretur, subito omnium obriguère manus eò usque, donec denique Superi auditis D. Episcopi precibus membrorum usum miseris mortalibus reddidèrè. Animam Deo reddidit pretiosissimam die 8. Decemb. an. Christi 73. cum sedisset Episcopus an. 23. Agonizantis cubiculum lux clarissima illustrans, dissipavit multorum tenebras.

II. D. VALERIVS.

EX divina Schola non Discipulum ampliùs, sed Magistrum prodissè, & venissè in Germaniam abundè dictum. Successor D. Euchario non tam ab homine, quam à Deo electus, Trevirensibus annis 15. Episcopus placuit: unde eidem & vivere & mori absque sanguine datum est. Confessorem itaque an. 88. 29. Januarii mortuum in eadem sepelièrunt æde, quam vivis & mortuis erexit D. Eucharius.

S E C U L U M II.

III. D. MATERNVS.

Qualis quantusque fuerit D. Maternus, docuere jam gesta D. Eucharitii superius compendio data. Colonienfibus fimul & Tungris Apoftolus miffus, vitam vixit Apoftolicam, & vivere docuit Chriftianam. Annis tot vixit Epifcopus, quot diebus in fepulchro delituit, mortuus nimirum 40. Año itaque alterius Seculi 28. dum Coloniae in caelos evolauit beata anima, corpus miraculis conſpicuum Coloniae Treuiros aſcendit, ut quos Deus coniunxit inter vivos, mors non ſepararet inter mortuos.

IV. D. AVSPICIVS.

DMaterno in Sede Treuirenſium ſucceſſiſſe D. Auſpici- um, Author & teſtis eſt Methodius, cuius teſtimonio perſuaſi Martyrem dicimus, & teſtanti Eccleſiae credimus; quo autem mortis genere aut tempore mortem Martyr glorioſus vicerit, ignoramus.

V. D. CELSVS.

Poſt S. Auſpicium felici ſorte auſpicatus Epifcopatum Tre- virenſem S. Celſus feliciori morte finiit: poſtquam vide- licet non niſi 13. annis, cum multis jam Chriſtiano- rum hoſtibus, armis certavit ſacris, inter Martyres Dux ſtetit, dum cecidit an. 142. 23. Februarii. Seculo dein X. ejuſdem re- liquias Egbertus Archipraeful laudatiſſimus e ſepulchro eruit, atque in editiori loco collocavit, quibus debitum ſuum honorem exhi- bendum eſſe ſuaſerunt miracula, nimirum & odor & ignis coeleſtis, cum hic illaſas ſervaret, ille infirmis vires & ſpiritum daret.

VI.

VI. D. FELIX.

ANtonius cognomento Pius Imperator imperavit, dum S. Felix Trevirensis Ecclesiam Episcopus gubernavit, pacis tempore multis recreatus animarum fructibus: semen namque Romanæ Fidei, authore etiam D. Felice per Germaniam & Galliam longè latè que spargebatur D. Pio Pontifice, ut id fieret, plurimùm hortante, & uberem benedictionem impertiente. Quin ut augetur semen, sanguinem suum fuderunt & Pius & Felix, dum Marcus Aurelius, aut veriùs frater Lucius Verus præfides suos Christianorum hostes acerrimos per provincias Romanas vigiliarum, inquisitorum & tortorum more distribuit & collocavit, ut Christianorum aras everterent, & severissimas pœnas de earundem præsertim authoribus exigerent. Lucio Vero succedentibus tyrannis pluribus, tametsi Episcoporum Trevirensium aliorumque Series non sit interrupta, de gestis tamen & eorundem annis haud constat satis; unde solis Episcoporum nominibus Lectorem oportet esse contentum.

VII. S. MANSUETUS.

VIII. CLEMENS.

IX. MOYSES.

X. S. MARTINUS M.

S E C U L U M III.

XI. ANASTASIUS.

XII. ANDREAS.

XIII. RUSTICUS I.

XIV.

XIV. D. AVTOR.

D Author à Mariano & Methodio brevissimè, sed simul maximè laudatus Episcopus, sæviente Maximino Thrace inter socios Sacerdotes multos cecidit Martyr dignissimus, cuius reliquiæ Brunsvigum, & inde Paderbornam venerationis causâ transferrentur.

XV. MAURITIUS, aliis Fauritius, mort. an. 244.

XVI. FORTUNATUS.

XVII. CASSIANUS.

XVIII. D. MARCUS.

XIX. D. NAVITUS.

Ex allato hætenus Episcoporum numero Methodius collegit 16. Martyrio insignes.

XX. D. MARCELLVS.

D Marcellus cum Eiscopis Successoribus incidit in difficilissima tempora, quibus Diocletianus & Imperii Collega Maximianus Hercules per Rictium Varum præsidem Treviris præsertim in Christianos severissimè, juxtà ac crudelissimè sævièrunt: aliàs nimirum sæpe, & præcipuè per tridui aliquando spatium in campum Martium educti, aut pecorum more per portas urbis expulsi, & Diis thus adolere jussi Christianorum propemodum innumeri, cum inter unius Divini Numinis laudes constanter perseverassent, ad unum omnes variis suppliciis torti & enecti, denique in Mosellam fuerunt demersi; unde fluvii undæ per sex leucarum spatia sanguineo colore rubuisse perhibentur. Porro Martyrum horum incredibilem copiam die mensis Octobris sexta sub

May.

Martyrum innumerabilium titulo celebrare statuit Christiana posteritas. Inter Martyres unà cum D. Marcello & Collegis Senatoribus emittit D. Palmatius Consul; Senatorum verò nomina testantur fuisse sequentia: Maxentius, Constantinus, Crescentius, Justinus, Leander, Alexander, Soter, Hormista, Papyrius, Constans & Jovinianus, omnes origine, & fortè nativitate Romani clarissimi. Annus D. Marcelli ultimus scribitur esse annus Christi 277.

XXI. S. METROPOLUS.

SECVLUM IV.

XXII. S. SEVERINUS I.

XXIII. S. FLORENTIUS.

XXIV. S. MARTINUS II.

XXV. S. MAXIMINUS.

S. Maximinus circa annum Seculi IV. duodecimum Treviris præsentem veneratus est Imperatorem Constantinum M. qui haud procul inde, aut certè in Gallia ex testimonio tam Antiquorum, quàm Recentiorum Historicorum communissimo, signum sacratissimæ Crucis in aere divinitus efformatum, & his aut similibus literis exornatum vidit: *in hoc vince*: aut *in hoc signo vinces*. De anno obitus S. Maximini vix bene constat; sancta extinctum morte an. 322. existimant.

XXVI. S. VALENTINUS.

De memoratis hætenus Episcopis Trevirensibus vide Tomum Brovveri I. & II. atque in his documenta longè plura Ecclesiæ Trevirensis.